

*Quæ Tibi Musca rotat Cerebrum, si forte Papatum  
Ambis! est vanus strepitus iste tuus  
Musca, Canes mini sunt ad Convivia primi  
Hos magni Regis, splendida mensa fugit.*

**XXI De Goesen**

*Dum spiras speras, sed non iam forte Papatum  
Maxima spes paucis utilis ista fuit  
Germanum loqueris, nemo te intelligit, istam  
Lingvam didicit Spiritus iste loqui.*

**XXII Radziciowski Polonus.**

*Huc quoq te spectes glaciali Climate natus  
Frigore nutritus, quis Calor ista petit?  
Nescis quid cupias, immutaveris in undas  
Si Romæ modicum sole calente foves.*

**XXIII Petruccius.**

*Stat Petra tartareis nunquam commota Procellis  
Huc innixa manet fabrica tota Petri  
Petruccius tantum, non Petrus formas habetis  
Talibus at Petri regna patere nefas.*

**XXIV. Salazar Hispanus.**

*Sal licet assiduo cunctis celebratur in usu  
Quicquid et apponas, nihil sapit absq Sale  
Non Im Oceani Sal conquiretur ut isto  
Romanus Petri sit Sale piscis acer.*

tamen

**XXV. Furstenbergius.**

*Gallus es! an Teuto! Galli coluere, sed isti  
Te genuere, quibus te numerare licet!  
Nulli. Nam Patriam predeus indignus habetis  
Teuto, nec es Gallus, Quid? nihil ergo mane.*

**XXVI. Dönhoff Polonus.**

*Quicquid de meo, merito sim iure Polonus  
Si credam, quod te mitra Polone premet  
Non propter mitram, sed propter videre mundum  
Vos Poloni venit, barbam lingua docet*

**XXVII De Agvirre Theologus insignis.**

*Dum Calamos acuis, sequetur te Purpura merces  
Candida fors etiam premia abinde feres.  
Aud puto pro Centum Calamis tibi pluma Columba  
Unica perdetur, res pretiosa nimis.*